

81):2



E141

.A28

1670

c.1



1080045609

9(4) 2

E#46#74



DE PROMVLGANDO
EVANGELIO
APVD BARBAROS:
SIVE
DE PROCVRANDA

Indorum salute, Libri sex.

*Authore Iosepho Acosta Presbytro
Societatis IESV.*

EDITIO NOVISSIMA.



L V G D U N I
Sumptibus L A V R E N T I I A N I S S O N .

M. DC. LXX.
SVPERIORYM PERMISSV.

13974



PRO O E M I V .

E procuranda salure Indorum, re&è atque aptè dicere, per difficile est. Primum quòd Barbarorum gentes innumerabiles sint, vt celo, locis, habitu, ita ingenuo, moribus, institutis latissimè dissidentes: quibus omnibus Euangeliō conciliandis, instituendis, regendisque aliquid commune præcipere, atque in tanto hornum rerumque discrimine, accommodari ac cerò quid expediat definire, magna cuiusdam facultatis est, quam profecto nos minimè consecuti sumus. Deinde res Indicæ vix firma stabilitèque considunt, & nouum quotidie suisque dissimilere habitum præferunt, vt improbadum modo sit quod non ita pridem valde probabatur, & rebus mutatis utilia ante consilia etiam perniciosa fiant. Quamobrem vt firma ac perpetua præcepta ea de re tradantur, vix fieri profectò potest. Ut enim alia pueritiae alia iumentu vestis concinnanda est, neque potest eadem omnis ætatis esse mensura, ita Rempublicam Indicam institutis, religione, homi-

1. Cor. 1.

num genere varias veluti *ætates* subinde com-
mutante , non est mirandum , si doctrinæ arti-
fices alias atque alias docendi rationes adhi-
beant. Ita quamvis priores scriptores pietate
& sapientia præstiterint , tamen eorum vel dis-
putationes , vel commentarios , quos de rebus
Indicis ediderunt , nostra iam etas non mag-
nificat , quod non magnopere rebus præ-
sentibus accommodentur. Ex quo fit , vt eos
quoque , qui pro hoc stare rerum apud con-
gruentèque differuerint , eodem loco futuros
non longa abhinc *ætate* , profecte diuinare
possimus. Ac nos certè rerum Indicarum im-
peritis , falsa fortassis & inter secula pugnantia
scribere sepè videbimus , quod de Indorum
natura , moribus , fidei Christianæ progressu , va-
riè variis in locis loquamur : contra petiti re-
rum , minus amplè & pro dignitate eadem il-
la dicta censebunt , atque pluta ipsi & aptio-
ra se affere posse confident. Mihī verò quid
vel docti desiderent , vel indocti reprehendan-
t , non admodum cura est. Illud pruden-
tissimus quisque facilè intelligit , eadem de re
non eodem modo omni ex parte dicendum
est , si veritati ac non libidini obsequendum
est. Neque fallit is , qui in argumento mul-
tiplici pro rebus diuersis diuersa pronuntiat.
Idem profus homo sui sepè dissimilis est , ea-
dem virs , & dominus eadem variis locis &
laudari & vituperari non falso porect. Licut
certè Apostolo Paulo in eadem Epistola Co-
rinthios summis ornate laudibus , spirituales ,
sapientes ,

Sapientes , quibus nihil decebat in omni grā-
tia & dono dicere : eisdem ita deprimere , vt
carnales esse inflatos , spiritualibus rebus ine-
ptos exprobaret. Neque sibi contrarius est ,
aut sui immemor : sed quæ per partes inerant ,
potuit salua veritate , vt Chryloftomus com-
mentatur , vniuersis scribere. Israëlem , &
Iudam idem Prophetæ sapè vituperant , se-
men nequam , filios scleratos , populum Go-
morrhæ , & id genus infinita conuicta iactan-
tes : quem tamen vel eadem interdum pagi-
na , summis laudibus euhunt , populum hi-
ustum , filios Dei , hereditatem dilectam , gen-
tem sanctam atque alia multa honoris causa
appellant. Imò verò eadem periodo Paulus ,
secundum Euangeliū quidem , inquit , ini-
mici propter vos , secundum electionem au-
tem , charissimi propter patres. Quo magis no-
bis salua veritate licet putandum est gentes
Indorum , quarum est tanta diuersitas , modo
Euangeliō aptissimas prædicare , vt verè sunt
maxima ex parte , modo valde alienas accusa-
re , quod hominum scelere , & peruersa edu-
catione contingit. Vulgaris error est res In-
dicarum tanquam rus aliquod aut oppidum an-
guifè definentium , & sicut vno verbo dicun-
tur , ita vnius est natura rationisque putan-
tium. Sed qui hac nostra legerit , inueniet pro-
fecto nos nullo partium studio ductos & pro-
ba , & praua depromere , & iucunda & tri-
stitia sequè afferre. Nihil enim teste Domino
Iesu aliud optamus , arque agimus , quam ut
pro

1. Cor. 1.
5.

Chrys.
hom. 2. in
1. Cor.
1. ad. 1.

1. ad. 6.
11.

Rom. 11:

pro comperta nobis rerum fide, quicquid est, ut est, aliis tradamus; quippe qui sciamus Deum nequaquam nostro egere mendacio. Neque vero gentes has vana, aut falsa concepta opinione recte adiri & queri ad salutem. Sed tum demum vnicuique constare animum, cum quale & quam magnum opus Domini aggrederetur, non inani rumore ducitus, sed firmo diuinae vocacionis confilio nitens, secum prudenter expenderit.

Quamvis autem Indorum nationes innumerabiles sint, quarum singulis sui certi titus & mores sunt, quas alio arque alio modo instiueret oporteat, tamen cum id ego praestare non possem, cui plurimae gentes ignotae sunt, & ut maximè essent cognitæ, immensus opus existeret sigillatim de omnibus disputare, operæ pretium duxi, ut Barbaris omnibus accommodatus scriberem, Peruenimus maximè habere rationem. Idque feci duabus ex causis, una quod ha Provinciæ mihi notiores essent, ut aliquid certius afferrem: altera quod hoc Indorum genus veluti medium mihi inter cetera semper est visum, ex quo faciliter veluti extrema iudicari queant. Eti enim Indi vocantur Barbari omnes, quos nostra ætate Hispani & Lusitani suis classibus longissimo Oceano traiecta inuenierunt, non solum ab Evangelica luce alieni, sed ab humanis quoque institutis abhorrentes, ramen non omnes ciuidem ordinis sunt, sed Indus Indo, ut Comice dicam, multum interret, Barbarus Barbaro longè praefat.

D.Thom.
in ep. ad
Rom.c.1.
lett.5. &
1.Cor.14.
lett.2.

Barbaros autem probati auctores eos esse definiunt, qui à recta ratione & hominum communi consuetudine abhorrent. Vnde Barbarica stoliditas, Barbarica feritas, Barbarica quoque opes & opera apud nobiliores scriptores celebrari solent, quas & ab vnu hominum ceterorum valde recedunt, & sapientia certæque rationis vix quicquam habent. Hos autem omnes noui orbis Barbaros, inde Indos appellatos existimo, quod apud veteres remotissima regio, que fines orbis terrarum claudere putaretur India esset, quo Alexandrum Macedonem, & Traianum Cæsarem penetrasse, & facti & profani scriptores tanquam terminos terre adierint, cum magna laude commemorant. Ex quorum imitatione nostri nomen ad nouas à se inuenientes gentes, deriuuisse mihi videntur. Quanquam initio non Indi, sed Insulani aut Antiliani, Occidentales Barbari dicebantur. Cum igitur horum Provinciæ, nationes, genera plura sint, tamen mihi diu rem diligenter peruestiganti tres veluti classes esse Barbarorum videntur, que magnopere inter se discrepant, ad quas ferè nationes ha Indicæ redigi possint.

Prima classis eorum est, qui à recta ratione, & consuetudine generis humani non ita multum recedunt. Hi sunt porosissimum, quibus & Republica constans, & leges publicæ, & ciuitates munite, & magistratus insignis, & certa, arque opulentia commercia sunt, & quod omnium caput est, literarum celebris visus. Nusquam enim literarum, & librorum monumenta

extant , quin ex gentes humaniores ; & maximè
politice sint. In hoc genere primi videntur esse
Sinenes , quorum ego charæcteres vidi Syriacis
per similes , qui librorum copia , Academiarum
splendore , legum , & Magistratum auctoritate
publicorum opertum magnificentia plurimum
florere dicuntur. Secundum hos sunt Iaponenses ,
tum pleræque Indiae Orientalis Provincias , ad
quas Asiatica , atque Europea instituta
olim peruenientes ego non dubito. Hæc genera
tes , quamvis Barbaræ re vera sint , & à recta
& naturali lege plerisque in rebus discrepant ; ta
men ad salutem Euangelij non aliter ferè vocan
de sunt , quam olim ab Apostolis Græci , & Ro
mani , ceterique Asia , atque Europa populi.
Nam & potentia prestant & nonnulla humana
sapientia , atque à sua ipsi ratione potissimum ,
Deo intus agente , vincendi sunt , & Euangeli
subigendi , quos si per vim & potentiam Christi
subiiceris pergas , nihil aliud agas , quam vt
à lege Christiana alienissimos reddas. In secun
da ego clasfe eos Barbaros numero , qui quam
vis neque literarum viuum norint , neque leges
scriptas , neque Philosophica , aut ciuilia stu
dia habeant ; tamen Magistratus suos certos , ha
bent Rempublicam , habent frequentes , & cer
tas sedes , vbi politiam suam feruant , habent
militia & duces & ordinem , & religionis sive
celebritatrem quandam. Denique ratione qua
dan humana reguntur. In hoc genere erant Mex
icanis , & Peruvenses nostri , quorum imperia
& Respubl. & leges , & instituta merito admirari
quivis

quisvis possit. Et quod incredibile penè videatur ,
literatum inopiam , tanta ingenij dexteritate sup
pleuere , vt & historias & vitas , & leges , & quod
est amplius , temporum cursus , & rationes numer
orum ita teneant quibusdam à se excoigitatis si
gnis , & monumentis , quos ipsi Quipos vocant , vt
nostrí cum literis suis plerumque eorum petriae
cedant. Necio equidem an certiores Arithme
ticos , cum quidvis est numerandum , aut parti
endum , litera nostra faciant , quam hos signa illa
sua. Memoriam verò omnino est admirabile ,
quam fidelem etiam rerum munificissimarum per
Quipos suos diutissime conferuent. Multum ta
men etiam hi & à recta ratione , & à consuetudine
generis humani absunt. Hæc autem classis latè
patet , & primum imperia continet , quale Ingaram
fuit , deinde regna minora & principatus , quales
Caciqui plerique habent , tum Magistratus publi
cos ab ipsa Republ. creatos , quales Araucani ,
Tucapelenses , ceterique Chilenes ferè sunt. His
omnibus illud commune est , vt oppidatim vivant ,
ac non palantes more ferarum , vt certum iudicem
præfectumque habeant , & iura sua cuique seru
ntur. Sed quia morum & rituum & legum monstra
tor tantaque apud hosce sunt , & tanta in subditos
seuendi licentia , vt nisi potentia superiori &
auctoritate regantur , vix aut Euangeli lucem aut
homine ingenuo vitam dignam accepturi videan
tur , aut si felicem accepirent , non facile in ea perse
uerantur intelligantur , merito his præfici , qui inter
tales ad vitam Christianam tranferant , Christianos
Principes & Magistratus , cum res ipsa depo
scit.



Ariſt. I.
Et. 5. Po-
lit.

scit, tum Ecclesiæ auctoritas præcipit: sed ita tamen ut facultatibus fortunisque suis & legibus non nature, aut Euangeliō contrariis vti liberè permitendi sint. Iam verò tertia atque extrema classis Barbarorum, quot hominum nationes, quot huius noui orbis regiones teneat, dici non posset. In hac sunt homines sylvestres, feris similes, vix quicquam humani sensus habentes, sine lege, sine rege, sine federe, sine certo Magistratu, & Republica, sedes identidem commutantes, aut ita fixas habentes, vt magis feratum specus, aut pecudum caulas imitantur. Huc in primis pertinent, quicunque à nostris Carybes dicuntur, nihil aliud quam fanguinolentiam exercentes, in hospites omnes saevi, qui humana carne vescuntur, nulla veste, vix ipsa virilia tegentes. Hoc Barbarorum genus Aristoteles artigit, cum ferarum more capi & per vim domari posse scripit, quorum in nouo orbe sunt infiniti greges. Tales Chunchos, Chiriguanas, Moxos, Lcaycingas nobis vicinos nouimus, tales plerosque Brasilienses, tales Floridae prope modam vniuerſae populos narrant. Pertinent etiam ad hauc classem iij Barbari, qui etiæ atrocēs non sunt, néque tygrides, aut pantheræ, tamen à pecudibus parum distante, nudi & ipsi, timidi, fædissimæ Veneri, aut etiam Adonidi, vulgo dediti. Quales etiæ ferunt, quos nostri Molcas vocant, in nouo regno, quale Carthaginis omnisque eius ora promiscuum vulgus, & qui per magnos Paraguay fluvij maximi campos incolunt, tum etiam plurimæ gentes, que infinitum vtriusque Oceani medium tenent, nondum nobis satis exploratae, sed fama

fama certæ. In Orientali quoque India Insulæ permulti eius generis esse, videntur, vt Maluquiani. Huc etiam spectat aliud Barbarorum genus mansuetum, sed sensu valde exiguo, qui nonnulli superiores excellere videntur, quandam Recipub. imaginem præferentes, sed nugaram perfimiles & leges, & cultus gerentes: cuiusmodi esse feruntur, qui apud Insulas Salomonias dictas innumerabiles habitant, & maximæ continentia hære dicuntur. Hos omnes homines, aut vix homines, humana docere oportet, vt homines esse dicant, tum puerorum more inltituerent, & si quidem blanditiis sponte ad meliora ducantur, bene: sin minus desperandi non sunt, sed si aduersus salutem suam proteruant, & in Magistros medicosque suos infiant, per potentiam & honestam vim quandam ne Euangeliū impediunt, coercendi sunt, & in officio continendi, quos de fyluis ferti ad vrbes, & humanam vitam, & quodammodo inuitos ad Regnum introire compellere expedierunt. Neque enim de omnibus Indorum gentibus eodem modo pronuntiare oportet, nisi grauius errare malimus. Neque verò aut cupiditatem & tyrannidem magistram adhibere Euangeliū, aut quod æquæ noxiū est, otiosam, imperitorum quorundam Philosophiam certæ & exploratae rerum ipsarum fidei & experientiæ anterferre. Mihi cum in has vultissimi orbis terrarum gentes tot scaculis ante ignotas oculos conuerto, nihil aliud magis dicere liber, quam illud: Secundum altitudinem triam multiplicati filios hominum. Verè enim altissimi & nobis penitus inscrutabilis con-
Lne. 14.
Psal. 111.
filij

filij fuit, vt tot gentes multiplicarentur, quibus
esset tandem salutis ignota via. Quas tamen nostro
Ephes. 3. seculo, quod aliis generationibus non est agni-
tum, ad Euangelium vocare dignatur Dominus, &
concorporales facere, & comparticipes mysterii
Christi: idque eo ordine & modo, ita aliud agen-
tibus nostris hominibus, vt altitudinem diuinam
confilii humana mens penitus reformatum. Ho-
rum igitur omnium salutem procurandam & senti-
mus, & dicimus Christo duce: ac pro nostra ino-
pia aliquid afferre tentamus; que ministri Eu-
angeli iuuari queant. Et res quidem ipsa difficultis,
Matt. 23. noua varia exigit: vires autem nostra perquam
exiguae. Qui autem dicere dilicet potest, & qua-
docuerit animo persuadere, ille certe est, qui vnuus
Sep. 7. est Magister omnium, idem sapientia dux, & fa-
pientium emendator, in cuius manu sumus & nos
& sermones nostri, ipsi honor & gloria, & nunc
& in diem æternitatis. Amen.

INDEX LIBRORVM, ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

Quod Prædicatio Euangeli apud Barba-
ros, et si difficultis, tamen & necessaria,
& fructu plena existat. p. i

- CAP. I. *Vnde non sit desperanda salus Indo-*
rum. p. i
- II. *Cur videatur multis difficultis & parum uti-*
lis predicationis apud Indos. 6
- III. *Quod difficultas predicationis non debet*
terrere Christi seruos, & qua ratione
sint animandi. 12
- IV. *De eadem re.* 17
- V. *Quod gentes Indorum quantumvis Barba-*
re, auxilio tamen gratia ad salutem de-
stinentia non sint. 23
- VI. *Quod Indos Deus iam vocet ad Euange-*
lium. 29
- VII. *Quonodo Indorum ingenia traclanda sunt,*
vt Christo lucrifiant. 35
- VIII. *Barbarorum inopitudinem non tam à na-*
natura, quam ab educatione & consuetudi-
ne proficiunt. 42
- IX. *Quod*

Index Librorum

- IX. *Quod lingua difficultas non detergere debet
ab Euangelio propagatione.* 45
- X. *De habitatione inter Indos.* 48
- XI. *Quod Euangeli Ministri curare debeant,
ne impedimentum Euangelio ponant.* 51
- XII. *De castitate & abnegatione necessaria ad
euangelizandum.* 55
- XIII. *Quantum officiat Fidei violentia.* 58
- XIV. *Qualis in religione Christiana magna ex
parte sit natio Indorum.* 60
- XV. *Nihilominus vere fidei ac salutis apud In-
dos sponse esse magnam, alienimque esse à
Dei spirito contra sentire.* 61
- XVI. *Quod etiam in praesentia labore ministro-
rum fructus animarum sit longe maior.* 65
- XVII. *Patientia & labore effici ut copiosi fructus
ex hoc agro Dominico colligantur.* 70
- XVIII. *Quod non solum futuri fructus spes sit, sed
praesentis etiam sat magna certa docu-
menta teneantur.* 76

L I B R I I.

Quibus modis Prædicatio Euangeliū apud
Barbaros aggredienda sit.

- CAP. I. *Diffficile esse rationem tradere predi-
candi Barbaris Euangeliū.* 82
- II. *Propter infidelitatem etiam pertinacem non
licere Barbaros debellare.* 85
- III. *Quod quibusdam oīsum sit propter crimina
natura contraria licere nostris Barbaros
debellare.*

& Capitūm.

- IV. *Confutatio superioris sententie.* 94
- V. *Responsio ad obiectiones pro expugna-
tione Barbarorum.* 99
- VI. *De bello proper defensionem innocentium
qui à Barbaris trucidantur.* 105
- VII. *Quod omnia tam diila de bello aduersus
Indos non solum diuina, sed etiam regia
lege firmentur.* 108
- VIII. *Veretere & Apostolicam euangelizandi ra-
tionem non posse exacte seruari inter Bar-
baros.* 110
- IX. *Cur miracula in conuersione gentium non
fiant nunc ut olim à Christi predica-
toribus.* 115
- X. *Quod etiam exiguo merito predicatorum,
signorum parcitus aliqua ex parte attri-
buenda sit.* 121
- XI. *De predicatione inter eos qui fidem iam re-
cepunt.* 124
- XII. *De expeditionibus necessariis ad predican-
dum Barbaris Euangeliū.* 128
- XIII. *Quo iure Christiani expeditiones facere pos-
sint in regna Barbarorum.* 130
- XIV. *Quid in terris Barbarorum Christiani li-
ceat.* 134
- XV. *Quando liceat Barbaris infidelibus bellum
inferre.* 136
- XVI. *De officio predicatoris Euangelici erga so-
cios itineris.* 137
- XVII. *Qualiter se prestare debet Christi seruus in
conuersione infidelium.* 141
- XVIII. *De tribus impedimentis que conuersioni
gentium*

Index Librorum	
gentium maxime obstant.	
XIX. Epilogus ditorum.	149

LIBER III.

De ciuili administratione Indorum saluti necessaria.

- CAP. I **N**on esse questiones omnes tractandas ac deinceps de ciuili administratione differendum. 151
- II. Barbaros fidem suscipientes ad curam distinctionemque Principum Christianorum pertinere. 153
- III. Non oportere falsos titulos communis distinctionis Indorum. 159
- IV. Quales administratores res Indica possebant. 161
- V. Quam ob causam difficile inueniantur idonei rebus Indicis praefecti. 167
- VI. Non esse iniquum tributa Indos pendere administratoribus suis. 172
- VII. Improbans tria genera tributa taxandi. 174
- VIII. Vulgaris ratio tributa imperandi expenditur. 179
- IX. An proper revocando ab otio Barbaros tributa graviora imperanda sint. 181
- X. Quis modis in tributis taxanis tenendus. 185
- XI. Causa ob quas Hispanis Indi commendandi sunt. 189
- XII. Quod

& Capitum.

- XII. Quod doctrinam fidei & moribus sufficientem patroni Indis suscepis prabere reueantur. 195
- XIII. Quid erga nondum baptizatos Indos patrinos licet. 200
- XIV. De temporali prouidentia patronorum in suos. 204
- XV. Quam circumspecte onerosa leges fortunis Indorum indicenda. 205
- XVI. Quid in confessionibus patronorum audiendas Sacerdoti prouidentum. 208
- XVII. De seruicio personali Indorum. 212
- XVIII. De metallorum operatione. 222
- XIX. Quibus modis salus Indorum per facultates ministros precium posse. 227
- XX. De ebrietatis malo Barbaris familiari. 230
- XXI. Que mala ex ebrietate oriuntur. 234
- XXII. Quibus modis ab ebrietate Indi competenter queant. 240
- XXIII. De pretoribus Indorum. 247
- XXIV. Mores Indorum Christo non repugnantes permittendos esse & de concordia pretoris cum Sacerdote. 251

LIBER IV.

Qualem oporteat esse Ministrum salutis Indorum, quibus praesidiis hanc prosequi debeat.

CAP. I **D**E excellentia Sacerdotalis officij. 255

é

II. Inter

Index Librorum

- II. *Inter Indos maximè Sacerdotes prefare oportere.* 260
- III. *Contra eos qui Indorum tarditatem accusant.* 263
- IV. *Contra eos qui perueritatem morum Indorum fidei non recepta causam afferunt.* 267
- V. *Messem esse copiosam modo operari idonei non desint.* 272
- VI. *De peritis Indice lingue necessaria.* 276
- VII. *De Parochis Indici sermonis ignariss.* 279
- VIII. *Quod quidam non rectè incisa sermonis Indici consulunt.* 284
- IX. *Quod oporteat ad Indos venientes predicatores Indicum idioma diligenter discere.* 288
- X. *De scientia Sacerdoti necessaria.* 294
- XI. *Oportere in novo orbe aliquos esse presbiteros Theologos.* 298
- XII. *Vite probitas in ministro Euangeli, quod à Deo, & ab omnibus requiritur.* 301
- XIII. *Quod iusque inter Barbaros versatur humanis ad virtutem auxiliis sint desituti.* 306
- XIV. *Quae libidinis & auaritie incentiva occurserant.* 308
- XV. *Contra abusus Indicorum Parochorum.* 310
- XVI. *De orationis praesidio euangelizanti necessario.* 314
- XVII. *De vita exemplo.* 319
- XVIII. *De beneficentia.* 322
- XIX. *De correptione & disciplina.* 328
- XX. *Quid obseruandum in correptione Indorum.* 333

XXI. *De*

& Capitum.

- XXI. *De Catechismo & catechista tatio lenando.* 335
- XXII. *De fructu ex catechizandis Indis sperando.* 341
- XXIII. *Quid restet de Catechismo dicendum.* 345

L I B R V.

Quænam Indorum populos, quibus de rationibus edoceri oporteat.

- CAP. I. *F*inis doctrina, Christi cognitio & dilectio. 346
- II. *Christi annuntiandi curam pricipiam esse debere.* 348
- III. *Contra opinionem eorum, qui sine Christi notitia posse aliquem salutem esse volunt.* 351
- IV. *Contra errorum illorum, qui Christianos rudivores sine fide explicita Christi afferunt posse salvare.* 362
- V. *Quod præcepto cetera mysteria, que continentur in symbolo, scire omnes Christiani constringantur.* 368
- VI. *De mysterio Trinitatis omnibus tradendo.* 372
- VII. *De mysterio Ecclesia tenendo.* 375
- VIII. *Quid in extremo mortis discriminis Indi docendi sint ut baptizentur.* 378
- IX. *De præceptis Decalogi, & de idololatria Barbarorum.* 381
- X. *Contra idololatriam remedii.* 387
- XI. *De evanescendis idolorum signis & templis.* 394

€ 2

XII. *De*

Index Librorum

- XII. De re^{ta} dilectione sui. 397
 XIII. De dilectione proximi. 403
 XIV. De Catechismo uulgo Indorum necessario.
 405
 XV. In Instructione Indorum diu esse persone-
 randam. 407
 XVI. An expadiat Parochias Indorum regulari-
 bus committi. 410
 XVII. Saintem Indorum Societati I E S V pro vi-
 ribus esse procurandam. 413
 XVIII. Cur multis videatur societas Parochias In-
 dorum debere suscipere. 415
 XIX. Quae rationes à suscipiendo Parochis Indo-
 rum societatem deterrent. 418
 XX. Quae in suscipiendo Parochis moderatio
 adhibenda sit. 420
 XXI. Missionum usus in Ecclesia antiquus &
 frequens. 423
 XXII. Missionum utilitates inter Indos. 426
 XXIII. Quod Parochi missiones uiliter & libenter
 accipiant. 428
 XXIV. Quid cauere oporteat in missionibus. 430

LIBER VI.

Breuer ea de Sacramentis attinguntur,
 quæ ruditibus Indorum populis neces-
 saria visa sunt.

CAP. I. **Q**uatenus modo de Sacramentis agen-
 dam. 435
 II. Multa

& Capitum.

- AL. Multa in his regionibus contra Ecclesia
 confuetudinem geri. 436
 III. De voluntate Baptismo necessaria. 438
 IV. De fide & penitentia ad Baptismi gratiam
 necessaria. 444
 V. De iis qui se baptizates, vel negant, vel men-
 tiuntur. 445
 VI. De Sacramento Confirmationis & illius
 materia. 447
 VII. De Eucharistia percipienda diuinum esse
 praecepum. 448
 VIII. Quod quamvis diuinum praeceptum sit de
 communicando, possit tamen Ecclesia
 pro indicio suo communionem negare. 452
 IX. Quod omnino expadiat priore confuetudi-
 ne emendata Indos fideles communicare.
 457
 X. Consultatio opinionis contrarie. 464
 XI. De necessitate confessionis. 469
 XII. Confessionis Usum Indis in sua superstitione
 finisse. 472
 XIII. De peritia Indice lingua confessionibus an-
 dicatis necessaria. 474
 XIV. De prudentia Sacerdotum & tolerantia.
 476
 XV. Quod confessiones non sincere fiant, potius
 Sacerdotum, quam Indorum fieri culpa.
 478
 XVI. Contra errorem illius qui scripsit confessiones
 ab Indis esse tollendas. 480
 XVII. Quas satisfactio[n]es Indis iniungere oporteat.
 481

Index Librorum & Capitum.

- | | |
|---|-----|
| XVIII. <i>De Extrema-Vnione.</i> | 483 |
| XIX. <i>De Sacerdotio.</i> | 485 |
| XX. <i>De ritibus matrimoniorum apud Indos.</i> | |
| | 487 |
| XXI. <i>Quid agendum sit de coniugis infidelium cum ad fidem Catholicam convertuntur.</i> | |
| | 491 |
| XXII. <i>De matrimoniosis explicandis, & iuuuenib[us] collocandis.</i> | 493 |
| XXIII. <i>Quibus ex rebus Indorum salus maxime pendeat.</i> | 498 |

LICENTIA ORDINARII.

THE PRIMATVR hic Liber, cui Titulus est, *De Procuranda Indorum salute,* Authore P. IOSEPHO ACOSTA, è Societate Iesu, Lugduni dic 14. Octobris 1669.

DE NEVFVILLE, Vicarius Gen.

Consensus Procuratoris Regis.

VIIa approbatione supradicta, Librum inscriptum, P. IOSEPHVS ACOSTA Societas Iesu, *De Procuranda Indorum salute,* in lucem edi Sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolie Lugdunensis annuimus. Lugduni dic 18. Octobris 1669.

GALLIAT.

PER

LICEN

PERMISSIO.

VILO Procuratoris Regis consensu, supra dictum Librum, typis mandati Sumptibus LAURENTII ANISSON, concedimus: & ne quis ultra concessam ei facultatem denuo excudat prohibemus. Lugduni die 19. Octobris 1669.

DE SEVE.



*DE PROCVRANDA
INDORVM SALVTE.
LIBER PRIMVS.*

Quod Predicatio Euangeli apud Barbaros eti difficultas, tamen & necessaria, & fructu plena existat.

CAPVT PRIMVM.

Quod non sit desperanda salus Indorum.

SALVTEM Barbarorum, Fideique propagationem, qui lögè positi sunt, ac rem voto suo metiuntur, facilem ac speciosam prouinciam arbitrantur & cum innumerables populos hoc altero orbe diffusos breui tempore ad Christi nomen transisse audiunt, vberem copiosamque messem non multo negotio ex hoc agro sibi persuadent. Ita saepe accidit, ut qui ad opus accedant, tunc de manipulis & horreis cogitent, cum de aratro & semiente deberent. Contra qui periculo factò pro-

A plus